Kopia Listu JW Hrabi Tarnowskiego do P. Wrany pisanego.

139

Mitto Satellitem meum Michaelem Hungarum cum alce ad Jllrmum D et Excell Principem. Hunc postquam ille reddiderit incolu meo et comitiis meis aditurus è Jnâram D.V. cui prædium Sancti Joannis, ædificium S: Georgii, conseminationes, tum prædium Manigense, et conseminationes tam hybernales quam nunc istas vernales Jnâra D.V. monstret, rogo. Molendinum Manigense, ~~et conseminationes~~ ~~ejusdem hybernales~~ quomodo constituerit Razoviensem ditionem hucusque in qua forma habuerit, ex Jamuhazio Siomko quid audiatur? de omnibus nos certiores faciat. Credo interea temporis iam rescivisse J. D.V. illum terminum ad quem res dilata et negotium inter Jllrmos Dnos Comites Czoborianos, quo etiam in statu nostro cum et cum Jllrmo Dno Kiry affine nostro res illa à J. D. Vrâ optimè notæ hucusque se habuerint. Non negligat rogo J. D.V. explanare nobis. In summa quidquid viderit J. D. Sua. pro parte nostra servire, non omittat rogo nobis revelare. De infortunio modestissimi et optimi sui Soroviniscribere nolo, referet enim ore tenus

idem

idem ipse Michàel, hoc ~~tantum~~ addo et verissimè refero, qd nullâ culpâ ipsius talis infelicissimus casus ei acciderit. Fata neminem prætereunt, et ipse nihil-ominus fert modestissimè istum casum. Certò etiam in persona sua potius mallem aliquid perpeti, quam talia eum videre pati, merè merè permissio Divina! — Parentes illius rogo sciat consolari, ut meminerint se esse homines, rationeque et iudiciô utantur, ne sua ultra modum mœstitia affligendo se ipsos, sanitatem suam corrumpant. Utrique unà cum consorte mea condolemus ipsius tam mi-seras vices. Sed quis voluntati Divinæ resistere potest? Interim Gñora D. V. nos nostraque amicissimè curando, diutissimè benè valeat.

List do P. Hedego Urzędnika Rarowsk.

A discessione mea ex Hungaria, hucusque nihil de rebg nostris domesticis tã in Rarowiens ditione, sicut in Janoschazio et Szomalo hucusq scimus. Proinde-quæso, ut nobis perfectè omnia nuncietis. Habetis nunc occasionẽ p Satellitem nrũ, sed et multæ aliæ occasio-nes sunt, dummodo velitis nos certiores facere de rebg nostris. transmittite literas vras ad J. D. Vrana et D Oporo-vium, illi curabunt nobis literas suas reddi ita et vos officio suo satisfacietis, et nos scieng quid cum rebg nris agat. Va-lere vos interim optimè et diutissimè cupio, et cum obg alijs nobis benè addictis